

17. Reg. O.

codex Reg. Paris., ex quo varias lectiones ad Sept. c. Theb. attulit Fähs. in Sylloge lectionum.

18. 19. Colb. 1. 2.

codices olim in Bibliotheca Colbertina, ab Askewio collati, quorum illum eundem esse cum Reg. N., hunc cum Reg. B. ab Elmslejo certior factus est Blomf., quare Colb. 2. non ad partes vocavi, nisi ubi lectio a Brunckio omissa afferenda erat.

20. Ox. Oxoniensis

Prometh. et Sept. c. Theb. continens, a Stanlejo collatus idem ac

21. Barocc. Baroccianus

cujus plenioram collationem Blomfieldio praebuerunt Porsoni schedae, unde lectiones a Stanlejo praetermissas attuli.

22. Ar. Arundelianus

continens Prometh., Sept. c. Theb. et Persas, item a Stanlejo collatus, cum quo idem est

23. Seld. Seldenianus

cujus accuratiores collationes, alteram a Gaisfordo, alteram a Porsono confectam habuit Blomf.

24. 25. M. 1. 2.

codices Cantabrigienses duo, quos ex monte Atho emerat Ricardus Mead. Collati sunt ab Askewio, Buttlero et Blomfieldio. Buttlero sunt Cant. 1. 2.

26. 27. Mosq. 1. 2.

Mosquenses duo, uterque seculo circiter XV scriptus, quorum posterior Prometh., Sept. c. Theb., prior praeterea Persas continet. Excerptam ex eis variam lectionem a Matthaeo habuit Schützius.